Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars II.

Wien, 1800 Seite 1227

Quelle:
Copyright:

DXXXIII.

U. 114 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 287. 4. currente calamo perſcriptus et rubricis enotatus, principio mutilus, multumque ſitu paſſus continet I. Lecturam in *Librum I. Sententiarum*, ad cujus calcem habetur: *Explicit lectura ſententiarum primi cum dubijs literalibus atque notabilibus eundem concernentibus ſcripta Anno* (14) 34. *finita ſcribendo Sabbato poſt octauas Epiphanie.*

II. *fol.* 144. ſequitur Lectura in IV. ad cujus calcem: *Explicit Lectura ſententiarum Anno* (14) 37. *Sabbato poſt franciſci nouiſſima lectione concluſa.*

III. *fol.* 270. p. 2. *De comitibus Juramenti* Excerptum ex *Alexandro Alenſi* hujus initii: *Vtrum ſi deſit iuſticia ſit iuramentum obligatorium* &c. Ad calcem: *Hec omnia Alexander de Halis.* Ita ſane, et quidem P. III. *Summae* Q. 31. *Membr.* 4. edit. *Venet.* 1575. *fol.* 125. f.

IV. *fol.* 276. *Principium in 4tum ſententiarum Anno* (14)37. *feria II. poſt Michahelis*, in illud: *Fluvius egrediebatur de loco voluptatis* &c. *Gen.* II. 10. quod Thema cum *Proluſiones* in II. III. et I. ſupra relatae pariter habeant, omnes ad eundem Autorem ἀνώνυμον referendae videntur. Praeſens incipit: *Scripturarum enigmata penetranti* &c.

V. *fol.* 278. p. 2. usque ad finem Excerpta varia e Jure Canonico, *Alex. Alenſi* et aliis *de Matrimonio.*

DXXXIV.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. U. 286 Folior. 260. f. per duas columnas currente calamo ſcriptus et rubricis enotatus Commentarius ſcholaſticus eſt in I. et II. *Librum Sententiarum M. Petri Lombardi* ab ipſa Prologi ejus: *Cupientes aliquid de penuria* &c. expoſitione ita orſus: *Huic libro totali magiſter prohemium premittit in quo tangens cauſas ſuſcepti operis tria facit* &c. Sub finem triplex Ευχαριστικον ad Deum, B. Virginem et Auditores, in quo mire geſticulatur Interpres. Codex ſitu paſſus.

DXXXV.

Codex membraneus lat. Sec. U. 309 XIV. Folior. 309. f. per duas columnas nitide exaratus, coloribus diſtinctus et a *M. Stephano de Enczesdorff* T. L. et ad S. *Stephani* Canonico, qui jam a. 1391. et 97. Studiorum Univerſitati praefuit, donatus *ad Collegium Ducis* continet, ut eadem Nota praefert, *Lecturam et Compilacionem bonam ſuper libros ſententiarum*, ſed ultra *ſecundum* non procedit. Prooemium L. I. incipit: *Chor. II. O. altitudo diuiciarum ſapiencie* &c. Commentarius ipſe: *Cupientes. Hec pars probemialis diuiditur primo in partes quatuor ſeu quatuor cauſas* &c. *Fol.* 179. orditur Prooemium L. II. ſic: *Terribiliter magnificatus es* &c. et Commentarius: *Creationem omnium rerum* &c. *In hoc ſecundo libro* (ut) *dictum eſt agit magiſter de creaturis.*

cuius